

**129. El Cardenal Giuliano della Rovere á Luis XI, rey de Francia <sup>1</sup>**

Roma, 7 Abril 1479.

Ha guardado silencio, porque casi nada importante había que decir, et fere nulla spes pacis erat. Mas ahora el Papa ha condescendido con los ruegos de S. M.; arma deposuit censurasque et interdicta suspendit...

Copia contemporánea. *Archivo público de Milán.***130. El Papa Sixto IV al duque Filiberto I de Saboya <sup>2</sup>**

Bracciano, 18 Septiembre 1481.

Quod toto nostro desiderio expectabamus et iocundissimum nobis fuit, hodie intelleximus a nostris: la reconquista de Otranto. Hase de aprovechar esta ocasión para combatir contra los turcos: Ecce tempus salutis, tempus glorie, tempus victorie quod si negligetur nullum tale unquam recuperare poterimus. Parvo negocio bellum nunc confici potest quod non sine maximo dispendio maximis calamitatibus nostris... postea conficietur. El lo ha hecho todo; ahora es también necesario ayudarle:

Simile imperatori.

Regi Francie, Anglie, Scocie, Polonie, Dacie, Hungarie, Hispanie, Portugallie.

Duci Maximiliano, Britanie, Mediolani.

Electoribus imperii.

Duci Ferrarie, Sabaudie.

March. Montisferrati, Mantue.

Florent. Lucens. Senensib. <sup>3</sup>*Biblioteca Nacional de Florencia.* Cod. Magliab. II—III—256, f. 52 b.**131. El Papa Sixto IV al Legado de la flota cruzada  
Cardenal Fregoso <sup>4</sup>**

Braciano, 18 Septiembre 1481.

Ha recibido el escrito del legado, de 11 de Septiembre, sobre la conquista de Otranto. Grande alegría por este suceso, que será motivo de

(1) V. arriba p. 298.

(2) V. arriba p. 314.

(3) De tales cartas hallé yo la dirigida al duque de Milán en el *Archivo público de Milán*, y la que se mandó á los Florentinos en el *Archivo público de Florencia* (X—II—25, f. 168<sup>b</sup>). Las dos están fechadas en Bracciano á 18 de Septiembre de 1481 y concuerdan entre sí; pero cuanto á las palabras defieren del comunicado en el texto. Esta observación pasó por alto á Fraknói, quien publicó recientemente el Breve á Matías Corvino, Epist. 186.

(4) V. arriba p. 316.

eterna gloria para el legado y el duque de Calabria. Reliquum est ut quod prospere inceptum est felicibus incrementis perficiatur hostesque ipsos omni conatu persequamur ut hac cura et periculo Italiam perpetuo liberemus, ad quam rem intrepide capessendam omnes christianos principes exhortati sumus <sup>1</sup>. Quare quod in te est cum classe nostra reliquias belli proseguere et hostes quam maximis potes damnis contere ne oblate divinitus occasione desimus... Quod prestare ipsi possumus libenter facimus utinamque soli possemus neminem certe requireremus. El Papa no se maravilla de que los patroni triremium se quejen sin motivo.

*Biblioteca Nacional de Florencia.* Cod. Magliab. II—III—256, f. 38.**131 a. El Papa Sixto IV al Emperador Federico III <sup>2</sup>**

Roma, 4 Mayo 1482.

Imperatori.

Car me in Christo fili noster, salutem etc.

Cum Andreas archiepiscopus Craynensis tue Matris apud nos orator esset, illum intuitu tuo benigne semper vidimus et pecunia rebusque aliis iuivimus, nec illi quicquam deesse passi sumus. Verum cum illius demerita et perfidia tanta essent ut maxima et capitali pena dignus videretur, postquam orator tuus esse desiit, de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium in castro nostro sancti Angeli de Urbe retineri eum mandavimus; et licet ex processu contra eum formato graviter veniret puniendus, ad honorem tamen tue Matris cuius ille fuerat orator et ad nostram mansuetudinem potius quam ad illius insaniam respeximus eumque dimisimus, ea spe, ut resipisceret.

Nuper vero, cum acceperimus illum in partibus Germanie multa quotidie proferre in obprobrium huius Sancte Sedis apostolice que falsissima sunt et a mendacissimo homine conficta, ne impunitas illa ad peiora audendum animum ei faciat, statuimus Matrem tuam in hoc requirere, ut, tanquam ipsius Sedis protector et defensor, velit omni oportuno favore et auxilio assistere dilecto filio Ianni Othel, familiari nostro, hac de causa a nobis misso ut archiepiscopus ipse capiatur et detineatur, donec aliud a nobis fuerit ordinatum; ut illius temeritas et audacia, quoniam humanitate et beneficio sedari non potuit, pena coherceatur et nostro sedisque ipsius tuoque honori, qui per hunc laceratur et indigne conculcatur, consuli possit.

Datum Rome die iij Maii 1482, anno XI<sup>o</sup>.*Cop. Cod. Magliabech. II—III—256, f. 222. Biblioteca Nacional de Florencia.*

(1) V. Nr. 130 de nuestro apéndice.

(2) Cf. arriba p. 314.

**132. El Cardenal F. Gonzaga á Federico I de Gonzaga<sup>1</sup>**

Roma, 11 Sept. 1482.

Essendo accaduta questa accelerata et immatura morte de la bo. mem. del sig. Roberto Malatesta causata da una febre continua terzana dopia cum fluxu vehementissimo, per il che tandem heri tra la prima e seconda hora de nocte expiravit<sup>2</sup>, n' è parso officio conveniente a la comune conjunctione di sangue havevamo cum Suoa S<sup>ria</sup> e per la speciale affectione che sapiamo li portava la Ex. V. dargene speciale aviso per littere nostre e cum quella condolerne de la comune perdita de tal parente che existimamo a lei sara molestissima, la qual ad ogniuno è parsa tanto piu acerba per essere seguita in questo fiore del etate et augmento de la sua reputatione, in che per non picola ricompensa acceptaremo la gratia li ha concessa messer Domenedio de fare un fine devoto e catholico con receptione de tuti li sacramenti ecclesiastici e perseverantia de buon intellecto fin a lo extremo. Di poi questa matina in concistorio la S<sup>ta</sup> de N. S. ha habilitato e legitimato li suoi doi figlioli per la successione de quello vicariato e dominio, del quale se investiscono. . .

Orig. *Archivo Gonzaga de Mantua*.**133. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>3</sup>**

Roma, 4 Marzo 1483.

Dispensatio duci Mediol. pro impositione novae gabellae seu datii ad succurrendum eius gravissimis impensis presertim pro defensione Ferrariae<sup>4</sup>.

Orig. *Archivo público de Milán*. Autogr.**134. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>5</sup>**

Roma, 3 Abril 1483.

Largo, breve, en que se pondera la importancia de la guerra marítima contra Venecia. Verum quia et a principio et semper expedire ac necessarium esse diximus ut valida classis maritima instrueretur sine qua ullus bonus rerum successus vix sperari posset, huiusmodi rem

(1) V. arriba p. 339.

(2) Caleffini escribe en su Cronica Ferreriae que Roberto murió \*de una ferita che l' have adi passati in lo facto d' arme fra lui, conte Hieronymo, duca de Calabria et Romani; además de esto, le vino después un «fluxo.» Tampoco hay aquí nada de un envenenamiento. Cod. I—I-4 de la *Biblioteca pública de Roma*.

(3) V. arriba p. 344.

(4) Así en un resumen contemporáneo.

(5) V. arriba p. 344.

tanti momenti esse ut in ea certissima victoriae spes collocata sit, commemoramus. . .

Orig. *Archivo público de Milán*.**135. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>1</sup>**

Roma, 16 Abril 1483.

Instat apud duces ut contribuere velit quam citius pecunias per eum solvendas pro armanda classe<sup>2</sup>.

Orig. *Archivo público de Milán*.**136. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>3</sup>**

Roma, 21 Abril 1483.

Sixtus IV, hortatur duces ad solvendum stipendia promissa pro armanda classe contra Venetos.

Orig. *Archivo público de Milán*.**137. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>4</sup>**

Roma, 1 Mayo 1483.

Exhortación para enviar á Parma socorro para salvar á Ferrara. Orig. *Archivo público de Milán*. Autogr.

**138. Girolamo Riario al Duque de Milán<sup>5</sup>**

Roma, 7 Mayo 1483.

Como Ferrara está en gran peligro, se exhorta al Duque á enviar el más presto auxilio posible.

Orig. *Archivo público de Milán*. P. Est. Milano.**139. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>6</sup>**

Roma, 25 Mayo 1483.

Dilecte fili etc. Mittimus nobilitati tue bullam censurarum adversus Venetos quam publicari hic fecimus. Debe hacer publicar esta Bula en su país.

Orig. *Archivo público de Milán*. Autogr.

(1) V. arriba p. 344.

(2) Así en un resumen contemporáneo.

(3) V. arriba p. 344.

(4) V. arriba p. 344.

(5) V. arriba p. 344.

(6) V. arriba p. 345.

**140. El Papa Sixto IV á Ulrico VIII<sup>1</sup>, Abad de St Gallen<sup>2</sup>**

Roma, 5 Junio 1483.

... Cum superioribus diebus decrevimus bullam censurarum adversus Venetos, qui... ab oppugnatione civitatis nostrae Ferrariensis... desistere noluerunt, mittimus ad te bullam... allegatam, te quoque hortamur... ut personaliter ad confoederatos omnes tamquam orator noster accedas et... opereris ut bulla ipsa publicari possit...

Orig. En el *Archivo de la Abadía de St Gallen*<sup>3</sup>.**141. El Papa Sixto IV al Emperador Federico III<sup>4</sup>**

Roma, 15 Junio 1483.

Le envía la Bula contra Venecia y le exhorta á hacerla publicar en el Imperio, et cum effectu observari. Píntase la ambición y espíritu conquistador de Venecia. El Papa espera que el Emperador procederá contra estos enemigos. El Emperador se ha de mostrar príncipe cristiano.

Lib. brev. 15, f. 623. *Archivo secreto Pontificio*.**142. El Papa Sixto IV al Duque de Milán<sup>5</sup>**

Roma, 15 Julio 1483.

El Papa pide de nuevo con urgencia se comience en Lombardía la guerra contra Venecia.

Orig. *Archivo público de Milán*. Autogr.**142a. Instrucción para Seb. Caduarius, embajador veneciano junto al Emperador Federico III<sup>6</sup>**

22 Jul. 1483.

Commissio viri nobilis Sebastiani Baduarii militis oratoris ad Maiestatem Cesaream.

Nos Ioannes Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum etc. Committimus et in mandatis damus tibi nobili viro et dilecto civi nostro, Sebastiano Baduario militi, quod eas orator noster ad serenissimum D. Imperatorem, discedendo ex Portuonae simul cum reverendo domino episcopo Forliviensi

(1) Rösch de Wangen, abad desde 1463 hasta 1491; v. Mooyer, *Onomasticon hierarchiae germ.*, Minden 1854, 138.

(2) V. arriba p. 345.

(3) El mismo Breve se halla también en el Lib. brev. 15 f. 601 del *Archivo secreto del Papa* y una copia contemporánea en el *Archivo público de Milán*.

(4) V. arriba p. 346.

(5) V. arriba p. 354; cf. también Arch. st. lomb. IV, 337-338.

(6) Cf. arriba p. 346 y Della Santa 12.

pro maiori reputatione et securitate et faciendo illa itinera quae sua reverenda paternitas iudicaverit meliora et tutiora, non transeundo ullo modo per Villacum, quoniam Cesarea Maiestas scribit illud iter esse periculosum sicuti a prefato oratore intelliges.

In hac autem tua protectione ubicumque contigerit te esse cum aliquo domino et comunitate, curabis quanto particularius et melius poteris notam unicuique facere apertam iusticiam nostram maximamque dehonestatem Pontificis et declarare quomodo gubernatur impresentiarum Ecclesia Dei, excitando omnes quantum in te fuerit non solum ad optandum, verum etiam ad omni studio procurandum necessariam eiusdem Ecclesie Dei reformationem sicuti in tua virtute et prudentia confidimus. Appulsus Cesaream Maiestatem adibis eius presentiam, quam sub litteris nostris credentialibus visitabis eique nos et universum senatum nostrum commendabis ut devotos et observantes filios qui semper fuimus, sumus futurique sumus sue Maiestatis. Et postquam cum reverenti et accomodata forma verborum gratulatus fueris nomine nostro de salute ac prosperitate eius persone a nobis omni affectu animi optata deque pace inter eius illustrem natum et serenissimum Francorum regem inita ac foelici coniugio contracto inter eorum illustres filios ac denique de omni sua rerumque suarum foelicitate, recensebis vetustissimam amicitiam et sinceram benivolentiam qua semper cum excelsa domo eius Austriae et cum illustribus suis progenitoribus fuimus iuncti et presertim singularem devotio-nem et observantiam qua semper sumus prosecuti suam imperialem Cel-situdinem, amplitudinis et glorie cuius omnisque sui commodi non secus ac proprii nostri status nonnunquam fuimus et magis quam unquam impresentiam sumus cupidi et studiosi, prout pluribus periculis illa cognoscere potuit, in qua quidem significatione et expressione quo fueris copiosior, eo magis nobis satisfactum iri puta, et quemadmodum affirmabis huiusmodi amicitiam et affectuosam benivolentiam quotidie magis in nobis augeri, ita suam Cesaream Maiestatem in illa edificare atque edificatam tenere quam studiose conaberis.

Preterea gratias ingentes ages sue imperiali Maiestati ob destinationem ad nos reverendi d. episcopi Forliviensis sui legati viri profecto gravis et integerrimi ac de eius Maiestate optime meriti, sed ingentiores quoque ages pro amplis mandatis eidem oratori datis, ut omnia faceret que honori et commodo nostri domini conducerent, argumentum sane paterne sue Maiestatis in nos charitatis et dilectionis, ex quo magis adhuc merito illi obnoxii sumus.

Deinde gratias ages quod tam liberaliter et paterne nobis significari fecerit per ipsum dignissimum oratorem, eius Cesaream Maiestatem esse liberam, quodque libenter illa foedere et intelligentia nobiscum se iungeret. Et subiunges quod, quamvis declaratis per nos eidem pro oratori conditionibus nostris et maximis impensis quas sustinemus ob presens bellum in quo sumus impliciti, responderimus sibi, nos ut devotos filios esse bene dispositos venire ad huiusmodi intelligentiam, sicuti particularius intueberis per exemplum responsionis nostre quod tibi dari iussi-

mus, et exinde sic instante ipso oratore declaraverimus nos esse contentos venire similiter simul et semel ad intelligentiam cum ill<sup>mo</sup> filio domino duce Maximiliano; censuimus tamen pertinere officio nostro, ut qui cupimus pro debito in omni re maxime honorare suam imperialem Celsit<sup>em</sup>, te ad illam destinare explicatorum coram eandem promptam dispositionem nostram auditorumque et intellecturum ab ea quibus modis et conditionibus videtur sapientie sue Maiestatis esse iucundum dictum foedus et intelligentiam inter nos stantibus presentibus nostris rebus quas sibi notificabis. Scimus enim eius imperialem Celsitudinem non esse proposituram nisi ea que consyderatis predictis nostris presentibus conditionibus utrique partium bene conducant, et propterea quicquid sua Cesarea M<sup>tas</sup> superinde tibi proponet eris diligens nobis significare ut tibi respondere possimus et dare illas instructiones et mandata que necessaria fuerint.

Preterea declarabis Cesaree Maiestati et postea omnibus illis dominis et aliis quibuscumque qui tibi videbuntur maximam iusticiam presentis belli quod cum duce Ferrarie habemus, tibi perspicuam et notissimam quamve difficillime, ut studiosi et cupidi pro nostro omniumque maiorum nostrorum instituto pacis ocii et quietis, devenimus ad ipsum bellum provocati lacessiti et coacti ab infinitis maximis et intollerabilibus iniuriis quas nobis plurifariam et continue intulit prefatus dux, que tot tanteque fuerunt, ut omnino superaverint omnem patientiam nostram que fuit valde diuturna, sicuti te non latet: quod quidem bellum affirmabis sumptum per nos fuisse cum bona scientia, consensu et permissione pontificis maximi, cum quo eramus foedere iuncti, quin imo illo nos concitante, cui notissima erat ipsa nostra iusticia ab eo pluries tutata et declarata in publico consistorio et ubique tam publice quam private, prout omnia plane sibi ostendere poteris; ipsumque bellum nos plures menses prosecutos fuisse eodem pontifice nobiscum in foedere permanente et nobis favente. Dices item: quod etiam post sumptum dictum bellum non discedentes nos a predicto nostro maiorumque nostrorum instituto optandi pacem illamque habendi charissimam, nunquam pacem ipsam repulimus, ut testantur littere nostre ad pontificem. Nec impresentiarum repellimus equis et honestis oblatam conditionibus. Declarabis insuper ea omnia que cum maximo sumptu nostro fecimus pro ipso pontifice adversus suos tunc adversarios in illius honorem et gloriam, que omnia predicta, cum tibi qui semper nostris consiliis interfuisti sint notissima particulariterque contineantur et expressa ac declarata sint in instructionibus quas copiosas tibi dari fecimus, non expedit ut amplius replicemus nec longiores simus. E diverso autem ostendes quam ingratitude vel verius iniquitatem ipse pontifex usus erga nos est, qui nulla habita ratione ad iusticiam, honestatem et equitatem nec ad merita nostra neque ad debitum ob vinculum predicti nostri foederis quo vinctus et obligatus erat, non modo de facto deseruit ipsum nostrum foedus adversariisque suis se se adhesit, quod facere nec poterat nec debuerat, sed quod longe deterius et turpius est, ilico vires suas contra

nos conversus est; quibus adhuc non bene satisfactus, ut melius satisfaceret libidini sue predictorumque adversaciorum nunc sibi foedere iunctorum, spretis tot dignissimis et preclaris meritis veteribus nostrorum maiorum in sacrosanctam Romanam Ecclesiam, que universo orbi nota fuere, neglectisque nostris recentibus in seipsum, cuius honoris, glorie et exaltationis fuimus ita studiosi et cupidi, sicuti omnes intellexerunt, venit ad prouunciationem huius postreme bulle adeo inhoneste, ab omni equitate et merito nostro aliene sibi vero ignominiose, quod magis minime esse posset, qui ostendit tandem malignum et iniquum animum atque conceptum quem adversus nos habebat. Dari autem tibi fecimus inter reliqua exemplum capitulorum que cum ducibus Ferrarie habemus, violata et infrincta nobis, non ut illa cuiquam ostendas (cum nullatenus velimus ponere iura nostra in litem, sicuti nunquam voluimus ut nosti), sed quo melius sis instructus et informatus omnium rerum pertinentium cause nostre.

Insuper quamvis non solum Cesaree Maiestati et omnibus dominis Alemanicis qui catholici sunt sed etiam universo iam orbi palam innotescat quam aperte universa curia Romana est impresentiarum omnibus in rebus corrupta, aperies tamen et declarabis particularius inhonestissimos modos tibi notissimos, qui in ipsa curia et per ipsum pontificem et eius ministros servantur, ubi omnia iam ecclesie Dei facta sunt venalia, omnia fiunt per simoniam extorquendo et exhauriendo ibi per omnem indirectum modum totam pecuniam mundi et ita aperte et libere, quod unicuique licitum id esse videtur ac demum omnia vicia absurda prohibito committuntur impune.

Declarabis preterea tyranidem et vicia comitis Hieronymi, ad cuius nutum omnia fiunt in urbe Romana et in cuius potestate et voluntate sunt omnia constituta, qui ut ambitiosissimus status alieni ob auctoritatem, quam habet a pontifice, nil aliud cupit et querit at omni studio et conatu suo quam omnia in Italia ponere in dissidio, bello et discrimine sperans ipsis mediantibus dissidiis se magnum fieri, cum apertissima ignominia ecclesie Dei incessantibusque scandalis et murmuratione ac ac lamentatione omnium christianorum quotidie clamantium reformationem dicte ecclesie, quam conaberis ostendere esse omnino necessariam. Et propterea devote et quo instantius et efficacius poteris supplicabis eidem Cesaree M<sup>ti</sup> quod ut illa que digne et merito est caput omnium christianorum et cuius humeris incumbit cura et onus dicte ecclesie, nolit pati suo tempore illius desolationem et ruinam per huiusmodi tyranica media neque quod predicta ulterius procedant et magis insenescant, sed dignetur pro solita sua pietate et studio in christianam proque sue M<sup>tis</sup> nec non ill<sup>mi</sup> filii honore et illorum nominis exaltatione et perpetua ac immortalis gloria prospicere saluti, honori et glorie ipsius ecclesie Dei et illius incremento, que in dies labefactari videtur, nisi celeriter et opportunis remediis prospiciatur ab eius imperiali M<sup>te</sup> per convocationem concilii, adeo necessarii, ab omnibusque christicolis expectati et futuri sue Cesaree M<sup>ti</sup> gloriosi, quod magis esse

non posset: quod quidem concilium (ut novit eius imperialis Cels<sup>do</sup>) vocari debet per decretum Constantiense de decennio in decennium et diu est ex quo non fuit congregatum, cuius congregatio hac vice fieri debet in Germania; et ita quo studiosius poteris conaberis inducere eius M<sup>tem</sup> cum omnibus illis rationibus et suasionibus quas pro tua sapientia scies adducere, allegando preter gloriam sue M<sup>tis</sup> beneficia et proficua etiam que recipiet Ecclesia Dei et universa christianitas ex ipsa convocazione, e diverso autem inconvenientia, scandala et pericula que quotidie magis crescent, futura irremediabilia, ni cito opportune ut supra occurratur, in quo offeres omnem opem et favorem nostrum quantum in nobis erit; et pro hoc voto nostro ab omnibus christicolis optatissimo et pernecessario obtinendo, nihil penitus diligentie et studii omittes, ut in ea re que est potissima totius tue legationis, sicuti in tua virtute confidimus. Et quando forte Cesarea M<sup>tas</sup> vereretur ne, postquam sese ad huiusmodi convocacionem concilii detegeret, nos in casu quo pontifex vellet se reconciliare nobiscum desisteremus ab ipso concilio, sicuti promovit r<sup>dus</sup> d. episc. Forliviensis, affirmabis amplis verbis, quod si cum effectu indicium fuerit ipsum concilium nos in omnem eventum sumus firmiter et constanter permansuri in hoc proposito dicti concilii, quoniam id non facimus ulciscendi causa neque propter aliquod odium, sed solum ducti zelo fidei christiane et desyderio conservationis bonique regiminis et gubernationis Ecclesie Dei, sicuti semper zelantissimi fuere cuncti maiores nostri.

Si prefata Cesarea Maiestas vellet explorare mentem nostram ubi fieri huiusmodi congregationem malemus concilii, dices quod ubicunque placuerit sue imperiali Cels<sup>ni</sup> erit nobis gratum. Verum nobis videtur quod pro omni bono respectu et pro dignitate sue M<sup>tis</sup> melius expediet et conducet, ut vocetur et congregetur ibi in Alemania, in illo loco qui aptior, commodior et fidelior sibi videatur.

Quoniam, sicuti putamus te non latere, civitas Castelli est locus imperialis, et conducit rebus nostris ut conservetur, poteris captata opportunitate, de ipso loco cum dexteritate aliquod verbum facere M<sup>ti</sup> imperiali et declarare quomodo pontifex nunquam illum vexare desistit.

Notum est tibi, Nos cum iusticia tenere castella nuncupata Mocho et Castrum novum prope Tergestum que capta, dum essemus in iusto bello cum comunitate tunc Tergesti ad quod lacessiti et provocati devenimus, remanserunt nobis cum bono consensu et voluntate eiusdem comunitatis per pacem et concordiam quod secum fecimus ad instantiam foelicis memorie pape Pii cuius nomine intercedebat apud nos r<sup>mus</sup> dom. Cardinalis S. Angeli. Et propterea si imperialis M<sup>tas</sup> de dictis castellis aliquod verbum tibi fecerit, conaberis solita tua dexteritate rem iustificare et suadere, ut dignetur non movere amplius super illis difficultatem, cum de illis et de omnibus aliis locis et rebus nostris non minus quam de eius propriis sua M<sup>tas</sup> ad omne illius commodum pro libito disponere possit. Et in hoc uteris favore r<sup>di</sup> dom. episc. Forliviensis qui ample se obtulit quieturum suam M<sup>tem</sup> quando maxime ex convocazione

concilii cui incumbendum est, posthabitis huiusmodi difficultatibus sua paternitas et tu ostendere poteritis illam esse consecuturam longe maiora beneficia cum honore et gloria sua quam sint dicta castella que nullius sunt utilitatis.

Si qui de consilio imperialis M<sup>tis</sup> opponerent tibi quod loca capta per nos in hoc bello Ferrariensi essent imperii, poteris accommodate respondere, quod cum res he sint adhuc recentes non potes esse bene superinde informatus, quando maxime scis, multas in locis ipsis secutas fuisse novitates retroactis temporibus. Et hanc partem cum dexteritate declinare curabis solita tua prudentia.

Visitabis nomini nostro r<sup>um</sup> d<sup>um</sup> Strigoniensem, cui preter litteras nostras ad eum directivas quas defert r<sup>dus</sup> d. episc. Forliviensis eius tenoris quem poteris videre per exemplum alligatum, gratias ages de optima illius erga nos et res nostras dispositione et mente significabisque magnam dilectionem qua prosequimur suam r<sup>mam</sup> dominationem ad desyderium quod habemus omnis sui honoris et exaltationis; et demum edificata eius r<sup>ma</sup> paternitate de nostro in illam affectu, laudabis et magnopere commendabis laborem per eam susceptum et studium adhibitum in hac protectione sua ad imperium; et declarata sibi gloria que ei afferretur et beneficiis que illi succedent procul dubio, si accedentibus studio et operationibus suis convocabitur concilium ab omnibus optatissimum et expectatissimum, studebis et conaberis excitare illius r<sup>vam</sup> dom<sup>em</sup> velit studiose incumbere effectuali convocacioni ipsius concilii.

Cum dexteritate favebis archiepiscopo Craynensi tanquam viro integro et cupido ac studioso honoris et glorie ecclesie Dei curabisque honeste hortari et suadere illius liberationem.

Quantum ad rem comitis Ioannis de Frangepanibus pro quo magnam (ut nostri) instantiam fecit apud nos r<sup>dus</sup> d. episc. Forliviensis nomine Ces. M<sup>tis</sup>, scias nos deliberasse ei dare provisionem ducatorum sexcentorum auri in anno et ratione anni sibi respondenda ab officio nostro gubernatorum introituum quoad vixerit ultra ducatos II<sup>c</sup>. qui respondentur annuatim eius consorti, quod accommodatis verbis declarabis eidem r<sup>do</sup> oratori et exinde imperiali M<sup>ti</sup> nos fecisse solum in gratificationem sue M<sup>tis</sup> pro filiali et singulari nostra observantia in illam proque desyderio ei moremgerendi.

Reliquum autem est, quod tam de promptitudine, animo et dispositione Cesaree M<sup>tis</sup> et illorum dominorum ad concilium, quam de statu et conditione omnium illarum rerum, atque de omnibus aliis que digna sint nostra noticia reddas nos e vestigio tuis crebris litteris per celerantissimos tabellarios quam diligenter et particulariter informatos, ut semper fuit tui laudabilis moris.

De parte — 120  
De non — 1  
Non synceri — 3

Cop. Archivo público de Venecia. Sen. Secr. 31, f. 45<sup>b</sup>.